

**MASS PROPER: VOTIVE MASS FOR PEACE**

MASS *Da pacem* (violet)

**INTROIT Ecclesiasticus 36: 18**

Da pacem, Dómine, sustinéntibus te, ut prophétæ tui fidéles inveniántur: exáudi preces servi tui, et plebis tuæ Israél. ( T.P. Allelúja, allelúja.) (Ps. 121: 1) Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Da pacem, Dómine, sustinéntibus te, ut prophétæ tui fidéles inveniántur: exáudi preces servi tui, et plebis tuæ Israél. ( T.P. Allelúja, allelúja.)

**COLLECT**

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et, hóstium subláta formídine, témpora sint, tua protectióne, tranquílla. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**LESSON 2. Machabees 1: 1-5**

Frátribus, qui sunt per Ægýptum, Judæis, salutem dicunt fratres, qui sunt in Jerosólymis, Judæi et qui in regióne Judææ, et pacem bonam. Benefáciat vobis Deus et memínerit testaménti sui, quod locútus est ad Abraham et Isaac et Jacob, servórum suórum fidélium; et det vobis cor ómnibus, ut colátis eum et faciátis ejus voluntátem corde magno et ánimo volénti. Adapériat cor vestrum in lege sua et in præcéptis suis et fáciat

Give peace, O Lord, to them that patiently wait for Thee, that Thy prophets may be found faithful: hear the prayers of Thy servant, and of Thy people Israel. (P. T. Aileluia, alleluia.) (Ps. 121: 1) I rejoiced at the things that were said to me: We shall go into the house of the Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Give peace, O Lord, to them that patiently wait for Thee, that Thy prophets may be found faithful: hear the prayers of Thy servant, and of Thy people Israel.

O God, from Whom are holy desires, right counsels, and just works, give to Thy servants that peace which the world cannot give; that our hearts being devoted to the keeping of Thy commandments, and the fear of enemies removed, our times, by Thy protection, may be peaceful. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

To the brethren, the Jews that are throughout Egypt, the brethren, the Jews that are in Jerusalem, and in the land of Judea, send health, and good peace. May God be gracious to you, and remember His covenant that He made with Abraham, and Isaac, and Jacob, His faithful servants: And give you all a heart to worship Him and to do His will with a great heart, and a willing mind. May He open your heart in His law, and in His commandments,

pacem. Exáudiat oratiónes vestras et reconciliétur vobis nec vos déserat in tēpore malo, Dóminus, Deus noster.

**GRADUAL Psalms 121: 6-7**

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem: et abundántia diligéntibus te. Fiat pax in virtúte tua, et abundántia in túrribus tuis.

*(After Septuagesima the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead.)*

**LESSER ALLELUIA Psalms 147: 12**

Allelúja, allelúja. Lauda, Jerúsalem, Dóminus: lauda Deum tuum, Sion. Allelúja.

**TRACT Psalms 75: 2-4**

Notus in Judæa Deus, in Israël magnum nomen ejus. Et factus est in pace locus ejus, et habitátio ejus in Sion. Ibi confrégit poténtias arcuum, scutum, gládium, et bellum.

*(In Eastertide, the Gradual and Lesser Alleluia are omitted and this is said in their place:)*

**GREATER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. (Ps. 147: 12) Lauda, Jerúsalem, Dóminus: lauda Deum tuum, Sion. Allelúja. (Ibid.: 14) Qui pósuit fines tuos pacem, et ádipe fruménti sátiat te. Allelúja.

**GOSPEL John 20: 19-23**

In illo tēpore: Cum sero esset die illo, una sabbatórum, et fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti propter metum Judæórum: venit Jesus, et stetit in médio, et dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, osténdit eis manus et latus. Gavísi sunt ergo discípuli, viso Dómino. Dixit ergo eis íterum: Pax vobis. Sicut misit

and send you peace. May He near your prayers, and be reconciled unto you, and never forsake you in the evil time.

Pray ye for the things that are for the peace of Jerusalem: and abundance for them that love thee.. Let peace be in Thy strength: and abundance in thy towers.

Alleluia, alleluia. Praise the Lord, O Jerusalem: praise thy God, O Sion. Alleluia.

In Judea God is known, His name is great in Israel. And His place is in peace, and His abode in Sion. There hath He broken the power of bows, the shield, the sword, and the battle.

Alleluia, alleluia. Praise the Lord, O Jerusalem: praise thy God, O Sion. Alleluia. Who hath placed peace in thy borders: and filleth thee with the fat of corn. Alleluia.

At that time: when it was late, that same day, the first of the week, and the doors were shut, where the disciples were gathered together for fear of the Jews, Jesus came and stood in the midst, and said to them: Peace be to you. And when he had said this, He showed them His hands and His side. The disciples therefore

me Pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accípite Spíritum Sanctum: quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis: et quorum retinuéritis, reténta sunt.

**OFFERTORY Psalms 134: 3, 6**

Laudáte Dóinum, quia benígnus est: psállite nómini ejus, quóniam suávis est: ómnia quæcúmque vóluit, fecit in cœlo et in terra. ( T.P. Allelúja.)

**SECRET**

Deus, qui credétes in te pópulos nullis sinis cóncuti terróribus: dignáre preces et hóstias dicátæ tibi plebis suscipere; ut pax, a tua pietáte concéssa, Christianórum fines ab omni hoste fáciat esse secúros. Per Dóinum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION John 14: 27**

Pacem relínquo vobis: pacem meam do vobis, dicit Dóminus. ( T.P. Allelúja.)

**POSTCOMMUNION**

Deus, auctor pacis et amátor, quem nosse vívere, cui servíre regnáre est: prótege ab ómnibus impugnationibus súpplices tuos; ut, qui in defénsiône tua confidimus, nullíus hostilitátis arma timeámus. Per Dóinum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

were glad, when they saw the Lord. He said therefore to them again: Peace be to you. As the Father hath sent Me, I also send you. When He had said this, He breathed on them; and said to them: Receive ye the Holy Ghost. Whose sins you shall forgive, they are forgiven them; and whose sins you shall retain, they are retained.

Praise ye the Lord, for He is good, sing ye to His name, for it is sweet: Whatsoever He pleased, He hath done in heaven and upon earth (P. T. Alleluia.)

O God, Who sufferest not the nations that believe in Thee to be shaken by any fear, deign, we beseech Thee, to receive the prayers and sacrifices of the people consecrated to Thee, that peace, the gift of Thy loving-kindness, may render Christian countries safe from every enemy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

My peace I leave you: My peace I give to you, saith the Lord. (P. T. Alleluia.)

O God, the Author and Lover of peace, Whom to know is to live, and to serve is to reign; protect Thy suppliants from all assaults, that we who trust in Thy defense, may fear no armed hostility. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.